



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. XIII. In Confessione non semper debet explicari malum proximo desideratum ex odio: neque qualitas contumeliæ aut detractionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

suorum subditorum, nisi per Pontificem fuerit restricta? Prorsus habet: ergo similiter Superior Religionis respectu suorum Religiosorum.

Interim quia non semper expedit bono communi, quod Superior Religionis utatur duplici potestate; hinc sæpè Religiosus peccat solum unico peccato contra præceptum sui Prælati: posset tamen peccare duplici peccato (ut habet ultima pars Conclusionis) si videlicet Superior rationabiliter utatur duplici potestate, præcipiendo v.g. per obedientiam; & sub pœna Excommunicationis. Atque hic limes erit præsentis Conclusionis.

Subjicio alias differentias objectivas; & quæro, an sint specificæ & exprimentæ in Confessione; an verò solum materiales; adeoque non exprimentæ. Et primò quidem dubitari solet de peccato odii; an in eo sit declarandum malum proximo desideratum; an verò sufficiat dicere: *Ex odio desideravi proximo grave malum*, non specificando an mortem, infamiam vel paupertatem &c. Dubitatur secundò de contumeliis & detractionibus; an earum materiæ in particulari debeant explicari, v.g. quod appellasti eum furem vel hæreticum &c. Dubitatur tertio de peccato jactantia; an explicari debeat peccatum, de quo aliquis se jactavit. Dubitatur quarto, an oporteat declarare qualitatem blasphemia. Denique dubitatur de peccato hæresis, an sufficiat simpliciter confiteri hæresim, non explicando articulum negatum; nec an fuerit Calviniana vel Ariana &c. Respondeo ad duo priora dubia:

CONCLUSIO XIII.

In Confessione non semper debet explicari malum proximo desideratum ex odio: neque qualitas contumeliæ aut detractionis.

Odium inimicitia (de quo loquitur Conclusio) est actus inefficax voluntatis, quo alicui malum præcisè quâ tale appetitur. Quæris, quid importet *ly præcisè*? Respondeo: carentiam ulterioris finis boni. Quippe de Deo scriptum reperimus Sap. 11. v. 25. *Diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti; nec enim odians aliquid constituisti aut fecisti.* Et tamen peccatoribus vult æternam damnationem, nisi respiciant & agant penitentiam de viis suis pessimis. Porro æternam damnationem quis ambigit esse malum?

Similiter Judex humanus infligit justam pœnam malefactoribus, etiam quatenus ma-

lum est: & tamen fieri potest, ut eos intimè diligit, & propterea doleat, quod ipsis debeatur pœnam infligere. Sic pater castigat filium, volens ei verbera quatenus dolorifera: & tamen eodem actu eum amat; quia hæc ratione intendit majus bonum ipsius, quam sit malum, quod ei infligit. Hinc Apost. Hebr. 12. v. 6. *Quem diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnium filium, quem recipit.*

Igitur odium inimicitia opponitur directè amoris amicitia: sicut enim per hunc amorem volumus alteri bonum, quatenus præcisè illi bonum est, sine respectu ad aliud commodum inde proveniens; ita per odium inimicitia opto alteri malum, præcisè quâ tale est, sine respectu ad aliquod commodum inde proveniens; solum quatenus hoc, quod est proximo malum, apprehendimus tanquam immediatum nostrum bonum. Quæpropter objectum formale odii, non est malum materialitèr & formalitèr, sive sub ratione mali; sed malum materialitèr, sub ratione formalitèr boni, non proximo, sed odienti. Ita communitèr DD.

Sed paulò aliter noster Felix de Beatitude. q. 4. diff. 1. nu. 18. Licet (inquit) verum esset, me non posse velle alicui malum, nisi quia est mihi bonum & commodum, tamen non sequitur, quod ratio proxima & immediata volendi malum alteri, sit propria convenientia; sed tantum sequitur, quod sit origo & radicalis causa: nam proximè volo malum reduplicativè & formalitèr, ut malum illius est; & talis actus volitionis, terminatur & specificatur ex illo malo ut tali, non verò ex meo commodo: ergo talis actus proximè & formalitèr ad malum terminatur.

Quod sic explicò: ego volo meam famam, & quia Petrus læsit in fama, odio inimicitia nolo Petrum, & volo illi malum; & quævis odium oritur ex amore propriæ fame, inveniuntur tres actus diversi. Primus est: Volo meam famam. Secundus: Nolo Petrum. Tertius: Volo illi malum. Et patet esse diversos, quia objecta sunt diversa. Ergo hic actus concupiscentia: Volo Petro malum, formalitèr & immediatè terminatur ad malum, licet originativè oriatur ab amore meæ fame, & à volitione Petri. Hucusque Felix; non aded infeliciter.

Cui si objicias ex Aristotele: *Bonum est, quod omnia appetunt.* Et ex Dionysio c. 4. de Div. Nom. *Nemo intendens ad malum, operatur.* Distinguit: affectione commodi & voluntate rectâ; concedit; affectione justitiæ & voluntate depravatâ, negat.

De hac duplici affectione ita dicitur Doctor Subtilis 3. dist. 26. q. 1. n. 17. *Secundum Anselmum de Casu diaboli. 14. & de Concord. 4. 19. in voluntate sunt due affectiones, scilicet iustitiæ & commodi; nobilior autem est affectio iustitiæ, non solum*

264. Alia differentia odii.

265. Quid sit odium inimicitia.

266. Sep. 11.

solum intelligendo d. etiam de unata, quam aliquis potest velle ad se. Secundum non potest velle, nisi res, si esset præcisè appetente cognitione sensitiva sequitur co-

Hæc factis de natura Quâ suppositâ; Pœnitentia: quia odium ab aliquo determinatur genere: ergo affectus desidero proximo solum ipsius, non quod illi actu, quo eidei infamiam, quod ergo illa mala peccati in Confessione; sed sicut avi grave malum, ter explicatur speculativè probabiliter docet cum Aliis, quos citat

Oppositum docet, sect. 2. C. 2. dub. 3. n. 61. & A. est probabilis, & immeritò; quia si sit affectus efficiens, saltem morosa incertum consideratis clauso loquitur de ut distinguitur ab aliis quæ per accidens sunt

Appositè Doct. a. 4. Ad secundum beneficia proximo extantur sub communi ratione; ita omnia notantur secundum communitatem ad odium. Primum aliquas specialiter extantur ad aliquas specialiter, hoc etiam sunt Per consequens etiam

Si inferas: Ergo, secundum cumentorum, negentur etiam deberent secundum diversorum; quas tamen mo assignat: id quod bonum secutionem boni, sed tionem boni; & in relinquens specialiter inferioribus

Scio D. Thomam sive habitibus virtutis seu habitibus versa specie peccati

sect. 10. De Distinctione specierum Peccator. Concl. 13. 783

solum intelligendo de acquisita & de infusa; sed etiam de innata, que est libertas ingenita, secundum quam aliquis potest velle aliquid bonum, non in ordine ad se. Secundum autem affectionem commodi non potest velle, nisi in ordine ad se; & hanc habet, si esset precise appetitus intellectivus sine libertate sequente cognitionem intellectivam, sicut appetitus sensitivus sequitur cognitionem sensitivam.

Hec satis de natura seu essentia peccati odii. Quia supposita; Probatur prima Pars Conclusionis: quia odium non desumit suam speciem ab aliquo determinato malo, sed à malo in genere: ergo affectus inefficax voluntatis, quo desidero proximo mortem, quia precise est malum ipsius, non distinguitur specie morali ab illo actu, quo eidem vel alteri appeto inefficaciter infamiam, quia precise est malum ipsius: ergo illa mala specifica non sunt declaranda in Confessione; sed sufficit dicere: Ex odio desideravi grave malum proximo; sic enim sufficienter explicatur species & numerus peccati. Ita probabiliter docet Lugo disp. 16. nu. 260. cum Aliis, quos citat.

Oppositum docet Suarez disp. 6. de Charitate, sect. 2. Coninck ibidem disput. 29. dub. 3. n. 61. & Alii, quorum sententia etiam est probabilis, & à Multis practicatur: neque immerito; quia sæpius peccato odii conjungitur affectus efficax illorum malorum, aut saltem morosa in illis (etiam secundum speciem consideratis) delectatio. Nostra Conclusio loquitur de peccato odii secundum se, ut distinguitur ab injustitia & aliis peccatis, quæ per accidens subinde connectuntur.

Apposito Doctor Angelicus 2. 2. q. 30. a. 4. Ad secundum dicendum, quod sicut omnia beneficia proximo exhibita, in quantum considerantur sub communi ratione boni, reducuntur ad amorem; ita omnia nocumenta, in quantum considerantur secundum communem rationem mali, reducuntur ad odium. Prout autem considerantur secundum aliquas speciales rationes boni vel mali, reducuntur ad aliquas speciales virtutes vel vitia: & secundum hoc etiam sunt diversa beneficiorum species, per consequens etiam diversa nocumentorum species.

Si inferas: Ergo etiam diversa species odiorum, secundum diversitatem specificam nocumentorum, negatur Consequentia; alioquin etiam deberent esse diversæ species amorum, secundum diversitatem specificam beneficiorum; quas tamen diversas species amorum nemo assignat: idque quia amor non vult proximo bonum secundum aliquam specialem rationem boni, sed secundum communem rationem boni; & in illa communi ratione sistit, relinquens speciales rationes boni aliis virtutibus inferioribus.

Scio D. Thomam hic agere de virtutibus sive habitibus virtuosis; & scio, quod eidem virtuti seu habitui virtuosos opponantur diversa specie peccata (ut alibi in hac Sectione

diffusius demonstravimus) sed etiam non ignoro, illam diversitatem specificam peccatorum, defendendam esse ex diversa rectitudine actuali, aut diverso modo privandi eadem rectitudine habituali. Sicut ergo non est alius specie morali actus amoris, quo simpliciter desidero proximo meo vitam corporalem, ab actu amoris, quo simpliciter eidem desidero bonam famam & æstimationem; ita quoque non est alius specie morali actus odii, quo simpliciter desidero proximo meo mortem corporalem, ab actu odii, quo simpliciter desidero ejus infamiam.

Et ratio est: quia sicut amor, quatenus est virtus specialis, non considerat illa bona particularia, secundum suam speciem; sed illam considerationem relinquit aliis virtutibus inferioribus: consimiliter odium, quatenus est vitium aliquod speciale, non considerat illa mala particularia, secundum suam speciem, sed illam considerationem relinquit aliis vitii inferioribus.

Rogas, quomodo ergo consideret illa mala particularia? Responso patet ex dictis, scilicet, ea considerare sub communi ratione mali, quemadmodum amor considerat illa bona particularia, sub communi ratione boni.

Rogas iterum, quo pacto odium proximi sit speciale vitium, si ejus objectum est malum in genere, & non aliquid malum speciale, cum genus non sit præter suas species, nec possit inveniri odium proximi, separatim ab aliis vitii; nam quicumque desiderat alicui malum, desiderat ei aliquid malum?

Respondeo: Quamvis non possit reperiri in rerum natura ratio generis præter suas species; potest tamen inveniri in rerum natura actus animæ, terminatus ad rationem generis, & non terminatus ad aliquam speciem; ut patet in intellectu, cum intelligitur animal in communi: & similiter in voluntate, quæ tendit in bonum vel malum intellectum. Potest siquidem terminare actum suum ad rationem communem, non terminando eum ad specialem. Et hoc modo voluntas vult malum alicui.

Nec est verum, quod non possit separatum hoc vitium ab aliis inveniri: cum enim quis proximo suo desiderat, ut habeat malum; vel cum desiderat, ut habeat omne malum, non descendendo ad tale vel tales; solo odii peccato inquinatur. Constat autem hæc posse accidere. Ita Cajetanus 2. 2. q. 34. a. 6.

Qui tamen ibidem admittit, interiora desideria diversorum malorum, esse specie distincta. Sic enim ait: Tertium autem consentaneum est, ut scilicet vitium odii imperet actus interioris desiderii respectu talium malorum; sicut imperat quandoque actus exteriores respectu eorundem malorum; ita quod, sicut aliquis ex odio detrahit, vel contumeliatur, vel occidit, vel rapit, vel aliquid hujusmodi

271. Amor quatenus est virtus specialis non considerat bona particularia secundum suam speciem.

272. Quo pacto odium sit speciale vitium.

Cajetanus 273. Sententia Cajetani.

...tia. ...est, ut eos intine ...quod ipsi debent ...r castigat filium, ...oloriter; & ca ...; quia hæc ratione ...us, quam sit ma ...Apost. Hebr. 12. ...castigar: flagellat ...cipi. ...opponitur directio ...m per hunc amo ...quatenus precise ...ad aliud commo ...er odium inimici ...cisè quæ tale est, ...commodum inde ...hoc, quod est ...ndimus tanquam ...um. Quapropter ...est malum mate ...ub ratione mali; ...b ratione formal ...enti. Ita commu ... Felix de Beatio ... (inquit) verum ...aliqui malum, ni ...modum, tamen ...proxima & imme ...fit propria con ...tur, quod sit ori ...proximè volo me ...aliter, ut malum ...ionis, terminatur ...tali, non verò ...actus proximi & ...atur. ...lo meam famam, ...na, odio inimici ...malum; & quia ...propria fame, in ...Primus est: Volo ...lo Petrum. Tet ...datet esse diverso ...ego hic actus con ...alum, formaliter ...malum, licet ori ...meæ fame, & à ...Felix; non sedo ...et Bonum est, quod ...io c. 4. de Div ...n, operatur, Di ...& voluntate re ...tiæ & voluntate ...ita discurrit Do ...n. 17. Secundum ...de Concord. c. 19. ...saltem iustitia & ...ctio iustitie, non ...solum

hujusmodi facit; ita aliquis ex odio desiderat proximi infamiam, vel dehonorationem, vel mortem, vel perditionem bonorum &c. Et sicut odium cum opere unum constituit peccatum multarum deformitatum; ita & odium cum desiderio talis mali unum constituit plurius deformitatum peccatum.

Ut scias autem assignare unicuique desiderio suam speciem; non vageris per novas species vitiorum, sed memento illius Regule: *Eiusdem virtutis vel vitii est, velle aliquid, & facere illud.* Et ratio est; quia actus exterior & interior respectu eiusdem objecti, non requirunt diversas virtutes aut vitia. Et propterea ad illud vitium spectat velle mortem, ad quod spectat facere mortem; quod constat esse homicidium. Et similiter ad illud, velle infamiam, ad quod spectat facere eandem; quod constat esse detractionem: & sic de aliis. Hæcenus Cajetanus.

274. quam Auctor approbat, si per desiderium intelligat voluntatem efficacem.

Voluntas efficit contrahit omnem malitiam objecti.

Simplex complacentia illam solum que proponitur per intellectum.

Peccatum odii pro objecto formali non

Rectè quidem, si per desiderium intelligat voluntatem efficacem, que subinde, immo fortè sæpius, imperatur (ut supra notavi) ab odio; & indubiè in Confessione explicanda est. Sin autem per desiderium accipiat quamcumque voluntatem, etiam inefficacem & simplicem complacentiam; hæc equidem assentior illi Regule: *Eiusdem virtutis vel vitii est, velle aliquid, & facere illud.* Existimo quippe, complacentiam, seu voluntatem efficacem contrahere omnem malitiam, que est in objecto; at verò simplicem complacentiam seu voluntatem inefficacem contraheret alitiam solius objecti formalis.

Ratio est: quia cum voluntas efficitur ponat opus à parte rei, necessariò vult virtualiter & interpretativè omnes circumstantias illius operis, & omnem malitiam, quam hic & nunc habet illud opus, sive per mentem aliqua præscindatur, sive non: illa siquidem præcissio impertinens est, ut opus externum habeat vel non habeat aliquam malitiam. At verò simplex complacentia, cum non versetur circa opus externum, ut finem & terminum ejus, id est, ut per ipsam efficiendum; sed solum circa opus externum, ut proponitur per intellectum; si in objecto nulla proponatur malitia, nullam contrahet: si una proponatur, & non alia; illam contrahet, hanc verò minimè. V. g. aliquis complacet sibi inefficaciter in copula carnali cum persona conjugata, conlanguinea, Religiosa; si per intellectum proponatur sola malitia fornicationis, hanc dumtaxat contrahet illa complacentia: si etiam proponatur malitia iniustitiæ, & illam habebit; & sic de cæteris malitiis, que in illo actu externo inveniuntur, ut latius dicam infra, ubi de delectatione morosa.

Cum ergo peccatum odii quæ tale, pro objecto formali, non respiciat hanc vel illam malitiam in particulari, v. g. malitiam homici-

dii vel detractionis &c. sed velit mortem, quæ præcisè malum aliquod est: similiter iniustitiam, & sic de aliis; constat, quia non opponitur iustitiæ, sed soli Charitati: neque contrahit malitiam homicidii aut detractionis, à qua non movetur voluntas; sed solum malitiam odii, quæ sola proponitur voluntati, & à qua sola voluntas movetur.

Ex quo corrui ratio à priori opposita lententiæ, quam adfert Arriaga de Penitentiâ disp. 32. nu. 33. hisce verbis: Quia illud desiderium suo modo participat rationem malitiæ, quæ est in objecto, sicut voluntas efficacax: atqui efficacax diversificatur; ergo etiam desiderium. Et urgo (inquit) ad hominem ex Cardin. Lug. nam expressè paulò inferius n. 376. agens de delectationibus morosis, habet hæc formalia verba: *Dico itaq, breviter, delectationem, sicut & desiderium, multatim accipere ex malitia sui objecti.* Rationem à priori reddit n. 378. quia quando per delectationem & gaudium & desiderium non separatur voluntas rationem mali ab objecto, approbat & amplectitur illud per affectum; & hinc sequentibus numeris colligit, diversa peccata esse, & debere in Confessione explicari delectationem de copula cum conjugata, à delectatione in copula simplici &c. nisi mente separentur illæ circumstantiæ ab illo actu. Hinc autem evidenter inferitur, idem in presenti de desiderio diversorum malorum proximi dicendum esse: jam enim supponimus in eo desiderio non separari eas malitias speciales. Hæcenus Arriaga.

Sed ille bonus Pater supponit manifestè falsum: & ideo non mirum, si falsò urgeat ad hominem ex Card. Lug. Enimverò factus Eminent. n. 261. illos affectus, quibus desideratur proximo infamia vel mors, quatenus talia mala sunt, differre specie physicè inter se, propter diversitatem objecti formalis partialis, nempe mali voliti: cum hoc tamen (inquit) stare potest, quòd de hæc affectus odii, quibus desiderantur ea mala, non differant specie morali: quia licet mala illa sint valde diversa, & sufficerent, ad specificandas diversas virtutes & vitia, si desiderarentur ut talia sunt; in nostro tamen casu non sufficiunt, quia non desiderantur nec attenduntur quatenus talia sunt; sed quatenus sunt malum proximi, cui desideratur paupertas ex odio, quæ malum ejus est; sub qua etiam ratione desideratur infamia, ægri-tudo, mors &c. Cum ergo differentia talis mali materialiter se habeat in ordine ad odium; non mirum, quòd in ratione peccati non specificetur à differentia specifica talis mali, sed à ratione communi mali, quam formaliter intendit. Hucusque Lugo; luculentur & expressis verbis docens, in eo desiderio separari eas malitias speciales.

Et ideo nihil sibi ipsi contrarium docet, quando

quando agens de habet hæc formalia delectationem, sicut peccata ex malitia sui formalis; quæ est probat Conclusio dictis) quia videlicet idem est specie, desideratur, sicut

Igitur odium quæ interiori; quæ efficacem, sive actione injuriola. Iusta sive iniustitiam proximi, non quatenus mors in solatè ut est malum mortem iniustè à quatenus hoc est est tale malum in mihi commoda &c.

278. Speciem suam ex modo verum potest habilitate docent, odium à peccato

Respondent illi non desumit suam latis (quia videlicet teralia) desumit tem intrà eandem methodum non optat; si tamen censetur odium quæ vius, eò odium ciem: sin autem tam in se, quàm proximi, ex quæ pliciter leve. Ha

Dubitas, quæ tia? Accipe illorilevis displicentia leve aliquid malum est; ut tamen an mala optanda vel sibile. Tunc autem estò malum; quæ quando ita sum cumque mala op adforet. Cui hæc melio'tem.

279. Cæterum quæ specie penes diversæ ex odio de odia specie dist propter Deum, participat bonitaximi propter se-larem inter me injuriam? Nec a in Confessione

quando agens de delectationibus morosis, habet hæc formalia verba: *Dico itaque breviter, delectationem, sicut & desiderium, malitiam accipere ex malitia sui obiecti.* Intellige, obiecti formalis; quæ est doctrina satis communis, & probat Conclusionem nostram (ut patet ex dictis) quia videlicet obiectum formale odii idem est specie, tamen mala, quæ ex odio desiderantur, sint specie diversissima.

Igitur odium distinguitur specie ab iniustitia interiore; quia odium dicit affectum inefficacem, sive abstrahentem ut sic ab omni actione iniuriosa, quam respicit voluntas iniusta sive iniustitia interior. V. g. volo mortem proximi, non ut à me inferendam, vel quatenus mors iniusta est, sed præcisè & absolute ut est malum ejus; in odium: volo mortem iniustè à me inferendam, non præcisè quatenus hoc est alteri malum, sed quatenus est tale malum in particulari, vel etiam quæ est mihi commoda &c. ecce iniustitia interior.

Sed dicit aliquis: Si odium non desumat speciem suam ex malis, quæ alteri optat, quomodo verum potest esse, quod Nonnulli probabiliter docent, parvitate materiæ excusare odium à peccato mortali?

Respondent illi Auctores: sicut furtum non desumit suam speciem ex rebus furto ablati (quia videlicet solum sunt objecta materialia) desumit tamen inde suam gravitatem intrâ eandem speciem; consimiliter tamen odium non sumat speciem à malo, quod optat; si tamen malum simpliciter grave sit, censetur odium grave; & quod malum gravius, eò odium gravius intrâ eandem speciem: si autem malum sit simpliciter leve tam in se, quàm in affectu seu displicentia proximi, ex qua desideratur, erit odium simpliciter leve. Hæc illi.

Dubitas, quæ sit levis vel gravis displicentia? Accipe illorum Auctorum resolutionem: levis displicentia censetur, quando sic operatur leve aliquid malum, quatenus alteri malum est; ut tamen animus non sit paratus ad alia mala optanda vel inferenda, tamen foret possibile. Tunc autem erit gravis displicentia, estò malum; quod hic & nunc opto sit leve, quando ita sum constitutus, ut vellem quæcumque mala optare & inferre, si possibilitas adforet. Cui hæc resolutio non placet, quærat meliorem.

Ceterum quamvis odia non distinguantur specie penes diversitatem specificam malorum, quæ ex odio desiderantur; equidem dantur odia specie distincta; v. g. odium proximi propter Deum, seu, quæ est imago Dei, vel participat bonitatem divinam; & odium proximi propter se, vel aliquam causam particularem inter me & illum, v. g. quia fecit mihi injuriam. Nec ambigo, hæc diversitatem esse in Confessione explicandam.

Quid miraris? Etenim odium proximi propter Deum, magis videtur repugnare Charitati Dei, quæ inclinât ad amandum proximum propter Deum: odium autem Dei, quis dubitet, specie esse distinctum ab odio proximi; & in Confessione explicandum? Sicut ergo sunt actus specie distincti amor proximi propter se; vel particularem aliquam rationem, & amor proximi propter Deum, non tantum distincti specie physica, sed etiam morali, id est, habent distinctam bonitatem moralem; propter distinctum obiectum formale motivum; ita quoque actus contrarii distinctam specie malitiam moralem, propter motiva specie distincta. Hucusque de prima parte Conclusionis, id est, de odio, quod naturam suam non sumit ab obiecto externo, ut sunt ea, quæ consummantur in opere externo, sed sistit intus in affectu, & ideo non specificatur ab obiecto materiali, sed à ratione formali.

Pergo ad secundam partem Conclusionis, quam ut veriore docet Lugo supra nu. 265. & Alii plures apud Dianam tom. 1. tract. 7. resol. 28. tanquam probabilem amplectuntur. Ratio autem probabilitatis est, unitas specifica omnium contumeliarum; quoniam omnes conveniunt in ratione formali, quæ est, intentio auferendi alteri suum honorem; sicut omnia furta; tamen rerum diversissimarum, sunt ejusdem speciei, quia omnia conveniunt in ratione formali, quæ est, intentio auferendi alteri bona fortunæ. Et eadem est ratio de tractionum: omnes siquidem conveniunt in ratione formali, quæ est, intentio auferendi alteri suam famam; fama autem semper est ejusdem speciei in genere moris, uti etiam honor & bona fortunæ.

Pro contraria sententia inter cæteros Auctores, apud Dianam supra, citatur Joannes Sancius in Select. disp. 6. n. 1. & 2. Sed potius citari debuisset pro nostra opinione, sic enim ait n. 2. Sic unum tantum peccatum erit, diversas contumelias in aliquem jacere; veluti appellare aliquem decies Hebræum vel furem in eodem intervallo temporis unum tantum crimen committi sciendum est. At diversa erunt, si in eodem spatio temporis aliquem quis nominaverit Hebræum & furem. Unde cum diversæ injuriæ in specie sint, diversum omnino damnum inferentes, erunt diversa peccata. Quod etiam probabile arbitretur, verosimilis judico, omnes contumelias esse ejusdem speciei: nam omnes respiciunt unam rationem formalem, videlicet auferendi honorem ab aliquo, materialiterque se habet ipsum auferri, vocando Judæum vel furem. Hæc ille.

Et disp. 5. nu. 10. sequentia scribit: Nec opus est poenitentibus quale judicium fuerit, contra quam personam, fueritne Ecclesiastica vel secularis, seu circa quam rem, explicare, G g g g g dicendo

elit mortem, quæ
l: lumiter in
tat, quia non op
charitati: neque
i aut detractionis
; sed solum malitiam
voluntati
tur.
iori oppositæ sen
aga de Peccat
s: Quia illud de
at rationem malit
cicut voluntas effi
atur; ergo etiam
uit) ad hominem
isè paulò inferius
bus morosis, ha
dico itaq. breviter,
m, malitiam acci
ationem à priori
per delectationem
on separat volun
to; approbat &
; & hinc sequen
sa peccata esse, &
ari delectationem
à delectatione in
te separantur illa
Hinc autem evi
senti de desiderio
ai dicendum esse:
desiderio non le
Hæcenus Ar
pponit manifestè
si falsò urget ad
Enimverò facta
ctus, quibus deli
i mors, quatenus
ie physica interior
formalis partialis
e tamen (inquit)
effectus odii, qui
on differant specie
sint valde diversi
has diversas virtu
tur ut talia sunt;
ficiunt, quia non
ur quatenus talia
um proximi, cui
bilio, quæ malum
ne desideratur in
Cum ergo differe
se habeat in or
quod in ratione
differentiæ specifica
muni mali, quam
que Lugo; insu
cens, in eo defici
ales.
contrarium docet,
quando

286. Probatur à
pars Concl.
Lugo.
Dianam
287. Pro opposi
ta sententia
peccatum
citatur Jo
an Sancius;



dicendo scilicet : *Iudicari iohannem esse furem, vel fornicarium, aut hereticum &c.* In esse solum physico iudicia hæc diversitatem habent, utpote circa diversa crimina; non verò in morali, cum contra iustitiam commutativam sint, prohibentem sub una specifica ratione & atoma famam alienam non lædi tam internè per iudicium, quàm externè per detractiōnem, aut contumeliā; sicut species divinationis per aëromantiam, per somnia, per nigromantiam, per pythones, per geomantiam, hydromantiam, pyromantiam, augurium, auspiciū, per chiromantiam, solum physicā specie differunt, non morali, ut tradunt DD. cum Divo Thoma 2. 2. q. 95. a. 3. ad 2. non enim diversum crimen est divinare per aërem, atque per aquam &c. Hucusque Sancius.

282. Oppositæ sententiæ favet praxis fidelium.

Quidquid sit de ipsius mente, de qua parùm curandum; certè non desunt Auctores probati, qui existimant, qualitatem contumeliæ, & detractiōnis in Confessione esse explicandam; quibus non modicūm favet praxis fidelium, qui dum commodè possunt, explicant materias detractiōnum, & contumeliarum. Et indubiè consultum est explicare; quia licet fortè omnes detractiōnes, & contumeliæ sint ejusdem speciei (ut nos putamus) tamen omnes fateri debent, unam esse alterā graviorem intrā eandem speciem, etiam notabiliter; & per consequens, secundum Aliquorum sententiam, necessariò tali casu esse materiam declarandam, sicuti declaranda est materia furti, quando notabiliter aggravat.

283. Responso Arriaga ad fundamentum nostræ Conclusi.

Sed videamus, quid hi DD. respondeant ad fundamentum nostræ Conclusiōnis. Arriaga disp. 32. n. 36. Respondeo (inquit) in materia fortunatarum omnia esse ejusdem speciei; quia omnia reducuntur ad pecuniā, & per eam omnia haberi possunt. Unde ibi meritò non iudicatur esse moraliter ulla differentia specifica. Non sic in honore, qui moraliter loquendo est quoddam genus, sub se habens honores, summè in ordine ad æstimationem moralem differentes, neque unum alteri æquivalentem in prudentum æstimatione; neque unus per alterum potest emi seu compensari: alia enim infamia est, esse filium carnificis, alia esse mendacem in dictis, alia esse superbum, durum, luxuriosum, alia esse spurium, esse athæum &c. Et (ut verum fatear) non video, quomodò absolutè dicant, honorem semper esse ejusdem speciei moraliter, cum contrarium planè dicat moralis æstimatio hominum: quàm enim differt honor ex nobilitate regia, ab honore ex doctrina!

Et licet honor sit idem; oppositio tamen est valdè diversa; sicut eidem virtuti possunt esse opposita vitia duo extrema. Et sanè in infamiis apparet: nam estò diceremus, eundem esse honorem, ex eo, quòd sit natus nobili genere, & ex eo quòd sit sanctus, & ex

eo, quòd sit doctus; quis dubitat, si ego filium legitimum Regis dicam esse spurium & suppositivum, ac re ipsā filium carnificis, longè diversā specie infamiā me eum læsurum, quàm si de homine doctissimo dicerem, eum esse simplicem & nihil scire? Debet ergo ibi specifica moralis agnosci differentia. Hactenus Arriaga.

Respondeo: sufficit ibi agnoscere differentiam specificam physicam, & differentiam moralem individualem, seu majorem gravitatem intrā eandem speciem, sicuti in furtis. Estò enim in materia fortunatarum omnia reducuntur ad pecuniā, non sic autem in honore, aut fama; indè tantum sequitur differentia specifica moralis inter bona fortunæ, quæ pecuniā compensantur, & bona honoris, aut fame; quæ non compensantur pecuniā; non autem inter diversa bona honoris, aut fame. Deinde Multi non improbabiler docent, etiam famam, & honorem pecuniā compensari posse, & debere, quando alia restitutio est impossibilis. Denique unus ex modis restituendi famam est, laudare infamatū, & honorificè de eo loqui, ubi datur occasio; sic enim sensim ex una parte tantumdem fama ejus illustrari poterit, quantum ex altera fuerit obscurata. Ita cum Aliis, quos citat, docet Lessius de Justitia & Jure, l. 2. c. 11. n. 110. Ergo etiam unus honor per alterum poterit compensari, & una fama per aliam.

Tota ergo differentia moralis, sicuti in furtis, ita & in contumeliis ac detractiōnibus, est intrā eandem speciem, & ideo non explicanda in Confessione, secundum sententiam, quæ asserit, solam speciem peccati esse declarandam, & non circumstantiam notabiliter aggravatam intrā eandem speciem. Interim fieri poterit, ut materia alicujus contumeliæ, aut detractiōnis deberet exprimi, ratione alterius damnificationis per accidens conjunctæ, v. g. si iniquè detraxeris famā alicujus operarii, putā factoris, dicendo, ipsum esse furem, & propterea nemo velit uti illius operā, præter detrimentum æstimationis, aliud damnum sequitur, quod indubiè explicandum est in Confessione, quia specie morali distinctum.

His ita constitutis de peccatis odii, contumeliæ, & detractiōnis; transeo ad peccata jactantiæ, blasphemiz, & heresiz, eritque

CONCI

In Confessione explicari solent, de quibus neque quædam sed nec quædam

286. Pro prima parte Latina in prioribus sequitur Dicitur Et ratio (inquit) est in hoc peccato quòd, tamquam riam comparanda mortalibus; sed hæc dem rationis est in verò sit hoc vel illud teraliter se habet: ba contumeliosa sit per illa obijciantur diversæ; non tantum contumeliæ speciei contumeliæ est peccatum assumitur ut in honorem proximi hæc vel illa verba se habet. Hæc ille.

Bandem sententiam Palao tom. 1. tra nu. 5. & probabili n. 268. Intelligentia, absque complura ipsius peccati talis speciei: v. g. cationis, & interdem peccato quòd bium, quin illud in Confessione, stio morosa contrahit Sed hic non est loquitur de solo quale non est ista habet delectatione illa delectatio adju nibus, aut certè cationis; hinc formulandi speciem pe se jactavit. Si tam & omne periculum ximum delectationis fundamentum, obligationem.

287. Quin immò (inquit) tum est, quod obli muni obligat, nem, sed etiam ac

CON-